



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

35. De S. Euergislo Episcopo Coloni[en]si, qui accedens ad memoriam S.
Gereonis, & sociorum eius, dolore capitis liberatus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

ret, & virtute exornatus esset, frequentius miraculum, hoc exhibitum fuisse. Quum autem antistes sacrorum talis non esset, rarius eam rem tam admirandam, nec tam facile à martyre processisse. Hoc sic factum esse noui. Cæterum quod neque dies, neque tempus vllum intercipit, sed perpetuò omnibus fidelibus simul & infidelibus affluit & accidit, id nunc dicam. Si quis in sacrarium id, vbi tumulus & sanctæ martyris reliquiæ perinde atque thesaurus nunc repositæ sunt, veniat, odor immensus & naturæ captum odoribus omnes, quos ars humana conficit, supergrediens, ad eum perfertur. Eum siquidem, qui ex prato versicolore colligitur, longè superat: neque alicui eorum similis est, qui ex benevolentissimis rebus profluit. Tum autem neque ei par est, quem vnguentarius odoribus suauibus ad certum modum temperatis miscet: verum multis modis, qui inde redditur præstantior est, vim & potestatem eius à qua redundat, declarans.

Helinandus in historia martyrij S. Gereonis & aliorum Thebeorum martyrum: quæ habetur in tom. Lauren. Surij 10. Octob. De S. Euergisto Episcopo Colonien. qui accedens ad memoriam S. Gereonis, & sociorum eius, dolore capi: & liberatus est.

CAP. XXXV.

Sanctus Maternus Treuironum Episcopus Agrippinæ Colonie Ecclesiam primus pastor

456 COLLATION. SACRAR.
stor dignis gubernaculis rexit, cuius vitam
multis claruisse virtutibus, gestorum eius scri-
pta commemorant. Huius sedis antistes no-
bis cognitorum tertius S. Seuerini Confesso-
ris Christi successor, nomine Euergisus, qua-
dam die dum capitis dolore nimium crucia-
tus, ad memoriam beatorum martyrum Ge-
reonis & sociorum eius oratum accederet, &
adhuc sancti illius thesauri iudicium, sasti-
gium nullū excelleret, versiculum in laudem
sanctorum dici solitum, Exsultabunt sancti in
gloria, ingrediens Ecclesiam inchoauit: cui
protinus ex illo venerabili sanctorum adyto
responsum est, Lætabuntur in cubilibus suis.
Quod cum Pontifex stupefactus audiret, lau-
dem Deo repente cum omnibus, qui aderant
conclamauit: & appropians, de loci ipsius pul-
& consignato cum summa reuerentia loco,
recessit.

*De eodem Euergiso Episcopo Colonienſi ex Gregorio
Turonens. li. 1. De gloria martyrum cap. 62. quo ex
loco patet antiquitas basilicæ D. Gereonis Colonienſis.*

CAP. XXXVI.

EST apud Agrippinensem urbē basilica,
in qua dicuntur quinquaginta viri ex illa
legione sacra Thebæorum pro Christi nomi-
ne martyrium consummasse. Et quia admi-
rabili opere ex musino quodam modo deau-
gata resplendet, Sanctos aureos ipsam basili-
cam